



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. XI. De modo quo cum Generali aliis Provinciis, ac Externis se habere
debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

Or. Cap. 1. §. 10. præscribuntur, & distinctius supra relata sunt Par. 1. Cap. 6. Sect 5.

SECTIO XI.

De modo quo cum Generali, aliis Provinciis, ac Externis se habere debeat.

Erga Generalem.

I. **O**bedientem, reverentem, ac fidelem se Præposito Generali exhibeat; curetque, ut reliqui erga suos Superiores idem præstent. *l* Perspecta omnia Generali cupiat, tum quæ ad suam conscientiam tum quæ ad suam Provinciam pertinent; nec ad eum scribendi formulam à quocumque negligi patiatur. *m* Atque ipse in primis minimè negligat, quæ de literis, & Catalogis ad Generalem mittendis relata sunt supra Par. 6. Cap. 3. Sect. 2. Præterea ex omnibus Superiorum localium, & eorum, qui in Missionibus versantur, epistolis, singulis annis, mense Januario, rerum gestarum capita manu ipsorum subscripta ad Generalem mittat, literis annalibus materiam datura. *n* Quæ verò præstanda sunt, ut certior Generalis fiat de aptis ad gubernandum, habentur infra Cap. 3. Sect. 1. Quo.

l P. 8. c. 1. §. 4. & P. 10. §. 9. & R. 91.

m P. 9. c. 3. §. 19. & P. 8. c. 1. §. 4. & R. 92.

n Form. Scrib. §. 27.

1. Quotannis etiam ad Generalem referat de Præfectis spiritualibus à se constitutis, *o Ia. 10. §. 14.* instructisque.

2. Cogitet de communi bono Societatis, illudque juvet præsertim, 1. in Congregationibus Generalibus, ad quas jus habet independentè à Congregatione Provinciali. *p 2.* In exercenda Providentia circa Præpositum Generalem, prout in Domino senserit, & Constitutiones præscribunt. *q 3.* In Congregationibus Provincialibus, quas coget, regetque, juxta Formulam: & siquid adnotaverit circa Decreta, & Constitutiones, vel quid aliud, quod Congregationem Generalem exposcat, Præposito Generali scribat; vel Procuratori ad eum venturo tradat. *r 4.* In Congregatione ad eligendum Vicarium; quam, si adsit, convocare debet, & ei præesse. Quæ verò jura, vel obligationes in hisce Congregationibus ad Provinciale spectent, habes in Formulis earundem.

Erga Societatem, præsertim in Congregationibus.

p P. 8. c. 3. §. 1. & C. 12. D. 51. & R. 93. q P. 9. c. 5. §. 1.

r P. 8. c. 3. §. 1. & c. 5. §. 3. & R. 93.

s Form. Con. ad el. Vic. §. 2. 3.

Et extra Congregationes, in ordine ad bonum commune.

t C. 8. D. 29.

3. Præterea extra Congregationes habet jus, 1. Mittendi ad Vicarium, & Assistentes suum suffragium, in casu quo Generalis sit factus inutilis ad gubernandum; quo significet quid sibi agendum videatur pro bono Societatis. *t 2.* Approbandi Vi-

ac-

carium electum; quando Generalis ita morbo est impeditus à gubernanda Societate, ut nulla sit spes convalescendi. ^u 3. Approbandi Assistentem substitutum in locum defuncti, vel diutiùs abfuturi à Generali, ^x & Admonitorem pariter substitutum. ^y 4. Habet jus suffragii in dissolutione Domus, vel Collegii: quod tamen, ut & reliqua jura proximè enumerata, Provincialibus solum intra Europam concessa sunt; nisi ageretur de dissolutione Domus, aut Collegii extra Europam: tunc enim exquirenda etiam ejus Provincialis sententia, de cujus Domicilio agitur. ^z

4. Alias Provincias, si occasio tulerit, juvet: Externos Societati conciliet, benevolosque conservet. ^a Eidem præceptum imponitur; ut in Perturbatores Societatis inquirat, & ad Patrem Generalem deferat: nec minùs fortiter, quàm fideliter in ea re munere fungatur suo. ^b

5. Eleëmofynas à Superioribus faciendas præscribat: & peculiarem rationem habeat eorum locorum, unde redditus bonorum Ecclesiasticorum percipiuntur. ^c

^u P. 9. C. 4. §. 6.

^x P. 9. C. 5. §. 3.
& C. 4. D. 24.
25. & C. 8. D.
19.

^y C. 3. D. 42. &
C. 4. D. 24.

^z P. 4. C. 2. A.
& C. 4. D. 24.

*Caritas erga
omnes, & de ea
præceptum.*

^a P. 10. §. 11. &
R. 94. 95.

^b Con. 6. D. 2.
& Catal. Cens.

C. 2. tit. 2. §. 3.

*Eleëmofyna
taxanda.*

^c Reg. 96.

